

De Wal  
III, 282  
(1617)

veropreeding van De Bos- Aankoop te Antwerpen.

Feci mentionem superius D. Joannis d' Anthierne ...  
qui revertebatur suum Buscoduco ubi fuerat vi-  
carius ad domum suae professionis Lovanium  
liquidem P. Emechoven Prior S. Sophiae dimitt-  
tebat suum conventum post triennium quo il-  
lus eum adduxerat et D. Hubertum Faucomprez  
mittebat Gandavum, alio aliter.

Conquerabatur se non habere sufficientem locum  
pro construendo monasterio, et intendebat emere  
domum fratrum Buscoduci, sed cum plus exige-  
rent canonici quam Episcopus Emechovio pro-  
miserat permisit sibi eorum elabi, et alius  
Abbas eruit locum. Delabantur quidam fratres  
pro sua domo quam dum visitaret D. Procura-  
tor a quodam alapum recepit, qui propterea  
ad tempus in carceribus fuit. Deus aliquid  
nobis melius providit, ut ex pecuniis quas col-  
legit Prior absente conventu et ex venditione  
aliquorum bonorum locum Antverpiae emerit,  
quae civitas adhuc manet sub obsequio Regis.

Patres Societatis dimisso conventu libenter bona  
sibi attraxissent et mirum quod non plus  
conati fuerint. Quod etiam periculum diffini-  
tores R<sup>do</sup> Patri proposuerant ne permitteret  
Religiosos illinc abire sed confirmavit senten-  
tiam P. Eusebiovii confisus de sua prudentia.